

6723 litteris Romani aevi magis quam medii. Vercellis rep. a. 1581 in ecclesia S. Eusebii cum corpore ipsius FERRER. Extat ibidem.

†EMERITAE QVANTVM DAMNATO CORPORE VITÆ
 VEL CVNCTIS EXVTA MALIS MENS POSSIT INISI sic
 SAT DEDIT AGNOSCI VIRTVS QVEM MILLE LABORES
 EXILIIQVE DOLOR VICTI STVPVERE FIDELEM
 5 BLANDVS ET ADFATV FACILIS SANCTVSQ SERENO
 IN VVLTV EXPONINS ANIMVM PATIENTIOR ÆQVO sic
 VIRTVTVM SPECIMEN DIVES SVB PAVPERE MVNDO
 SCRIBTORVM CVSTOS RIGIDVS DVBIQ · SERENVVS
 EXCVSOR VERI CONTENDENS MENTE BEATA sic
 10 PVRGATAM IN TERRIS ANIMAM REVOCARE PER ÆTHRA
 INDIGNVM CLAMANS · DEMERGI CRIMINE VITAS
 SVLPVREASQ · VNDAS CORRVPITO CORPORE ADIRE
 CANDOR ERAT MENTIS VERVS SEMPERQ · DOCEBAT
 OMNIA FACTORVM NOSTRAE RATIONIS HABENDA
 15 PARTICIPESQ · MALI FACINVS QVI IN FATA RECLINANT
 VLTOR INEXPLETVS FIDEI BELLATOR IN HOSTES
 SINCERVS CVLTORQ · DEI DOMINORQ · MALORVM
 ERRANTVM LV MEN QVI CRIMINA TOLLERET ORE
 TALIS ERAT SPECIE QVEM NEC IEIVNIA LONGA
 20 MAGNANIMVM VICERE SITIM FLVVIALIBVS VNDIS
 ALGOREM VILI SOLITVM DEPELLERE VESTE
 ROBORE CAELESTI MVNDVM CALCAVIT ET OMNES
 TERRENAS VICIT LABES PVRGATOR · AETHRA
 VITARVM MACVLAS PVRO QVI DECOQVIT IGNI
 25 REBVS QVI DOCVIT POPVLOS FACTISQ · VOCAVIT

Contuli. Bonhomus antiquorum patrum serm. et epistolae de S. Eusebio (Med. 1581) f. 43'. Ferrerius vita S. Eusebii 1602 p. 60, 1609 p. 133 (inde omnino Ughelli Ital. sacr. 4, 1029 ed. 1652; Cusano vescovi p. 13. 42); Bellinus ms. f. 5; Ranza ad Pellicciam 3, 148; Gazzera act. Taur. ser. 2 vol. 11 p. 219 qui vidit; Bruzza Verc. p. 292 n. 128.

Acrosticho efficitur EVSEBIVS EPISCOPVS ET MARTVR.

6724 Vercellis.

PONTIFICIS SANCTI REQVIESCVNT MEMBRA SACRATO
 PRO MERITIS DEVOTA LOCO QVI PACE PERENNI
 MISTICVS ANTISTES PARADYSI SEDE LOCATVS
 HVNC VENERANDA SIBI SVSCEPIT ECCLESIA PATREM
 5 PERPETVO XPI REFERENTEM FLORE CORONAM
 IVSTITIAE CVLTOR SACRA SANCTE PRAEMIA LEGIS
 SVMPSTI APOSTOLICAE NVMERATVS IN ORDINE TVRBE
 VNVM TER QVINIS ADIVNXIT EPISCOPVS ANNUM
 TERGEMINOQVE SVPER COMPLEVIT TEMPORA MENSE
 10 IVSTINIANVS OVANS PENETRAVIT LIMINA CAELI

Cod. Palat. 833 f. 52' Vercell. n. 3 (inde Grut. 1169, 9; Gazzera act. Taur. ser. II, 11 p. 226; Bruzza Verc. p. 306 n. 131).

4 HVIC traditur. — Subscripsit Iustinianus episcopus Vercellensis concilio Mediolanensi a. 451.

6725 Vercellis.

SCE MM CELSVS EPS CLARO EX GENERE ORTVS
 CVSTOS GREGIS OVIVM CHRISTI
 EXEMPLO BONI OPERIS DOCVIT CVNCTOS VIAM SALVTIS
 LIQVIT MVNDVM COELITEM SED SCANDENS AD SEDEM
 5 SACERDOTVM DEVS ECCLESIAE OPTIME LOQVAX ET ALTOR
 VOLVNTATE SINCERVS AC BENIGNITATE PRAECIPVVS
 SOLERS AD AVDIENDVM CLEMENS AD IGNOSCENDVM
 ET CVI DIVINA OPITVLABATVR GRATIA SEMPER
 PRISCORVM DOGMA SERVANS PATRVN PERFECTA
 10 INDVSTRIA ADHESIT MENTIS MOX VT VITARET OBIECTA
 STOLAM SANCTITATIS MERITIS ADEPTVS PASTOR FIDELIS
 CORPORE INTEGER CHRISTO SE DICAVIT IN CVNCTIS
 OPIFEX BONI SIC EVANGELICA IMPLET PRAECEPTA
 PVROQVE CORDE CHRISTO SERVAVIT INVIOLABILEM FIDEM
 15 VITAM TRANSEGIT IN SAECVLO LIV · MENSES VII
 SED MIGRAVIT AD DOMINVM SVB ID · APRILIS IND · VIII
 GRATIANVS SVVS CARVS ET LEVITA ORNAVIT AMANDO SEPVLCRVM

Ferrerius vita S. Eusebii 1602 p. 120 (ab ed. a. 1609 abest) 'ex tabulis ecclesiae'. Ab hoc posteriores, ut Ughelli Ital. sacr. 4 (1652), 1052; Gazzera act. Taur. ser. 2 vol. 11 p. 242; Bruzza Verc. p. 348 n. 148.

5 DEVS Ferr.

Acrosticho efficitur S·CELSVS EPISCOPVS.

6726 Vercellis rep. m. Iul. 1863 negli scavi della nuova fabbrica dell' Ospedale maggiore e propriamente nel cortile ch' era verso la parte posteriore della chiesa di S. Pietro Martire; ora scomparsa BRUZZA.

VS DIVI
 COLA C ARME
 AA EQVITIS · SENI
 I VIXIT · AN · PLVS MI
 L RECESIT · SVB DIAE
 AL FEBRVARIAS · CVI
 SIMA CONIVS · FLAV
 IVS · FILIVS · EIVS · CV
 LA TITVLVM PO

Bruzza Verc. p. 178 n. 101.

Bruzza legit sic fere adiutus a Rossio: . . . us . . . [de s]cola Arme[niorum pri]ma equitis seni[oris, qu]i vixit an[nos] plus mi[nus X]L, recesit sub diae . . . [k]al. Februarias. Cui . . . sima

conius, Flavi[us] . . . ius filius eius [cum] . . . titulum pos[uerunt]. Sed dubito, num qui est ex equitibus senioribus, recte dicatur eques senior.

6727 Vercellis.

HIC RECVBAT DIGNVS XPO LEVITA SACRATVS
 TOTAM QVI SANCTO TENVIT MODERAMINE VITAM
 NOMINE DICTVS APER GALLORVM PARTIBVS ORTVM

Cod. Pal. 833 f. 52' Vercell. n. 4 (inde Grut. 1169, 10; Gazzera act. Taur. ser. II, 11 p. 233; Bruzza Verc. p. 327 n. 137).